



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter  
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

**Rom, 1511**

Jntroitus Cardinaliu[m] i[n] co[n]clau.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)



**E**postolus quidem generalis commissionis siue supplicationis cedula presentatione dominus auditor surrogatus prefatus Rome ibi des adhuc presens prout vbi supra loco et hora pallegatis ad iura reddendum et causas audiendum per tribunali sedens cum et causas hinc. Necnon omnes et singulas causas dicte generalis commissionis vigore commissas in eo statu in quo coram prefato domino auditore ante ipsius corporis debilitatem vel ante eius a Romano. Lucecessus indecise remanserant usque ad eius reconualescentiam vel reditum in quibus ego pntis cause notarius atque scriba predictus ad scribendum deputatus fueram suo ex officio generaliter resumendas duxit atque resumpsit habuitque et habere voluit easdem pro resumptis. Presentibus ibidem etc.

Resumptio causarum  
post pntatione com  
missionis generalis

## Obitus Pii Pape.

**D**e Mercurij decima octava supradicti mensis Octobris se-  
recordationis domini Pius papa tertius admodum paucis die-  
bus in pontificatu sedens diem vite sue clausit extremum in vatica-  
no apud sanctum Petrum in capella sancti Andree in sepulcro quod  
viventibus dum adhuc Cardinalatus fungeretur honore ad se re-  
sui secundi predecessoris posuerat deuote sepultus. Et sic aposto-  
lica sede vacante iuxta ritum et consuetudinem antiquitus appro-  
batam et obseruatam ab illa die citra donec et quousque processum  
fuisset ad electionem assumptionem consecrationem et confirma-  
tionem alterius noui pontificis tam propter vacantias quam vacationis  
als indictas non fuit tenta audientia causarum apostolica. Necque etc.

## Introitus Cardinalium in conclauem.

**D**e Martis vltima supradicti mensis Octobris Reuerendissi-  
mi in christo presertim domini sacrosancte Romane ecclesie Cardinales  
in unum pro electione summi pontificis futura facienda post officium  
diuinum in ecclesia dei pactum Conclauem quod in palatio sancti Petri  
in maiori capella factum fuerat intrauerunt et quilibet eorum intrauit.

## Electio Iulii Pape. ii.

**A**nno etc. die mercurij prima mensis Nouembris Reuerendissi-  
mus in christo pater domini Julianus Episcopus Ostien-

IP